

confirmamus in nomine domini, mandantes ipsi plebano sancte Marie in virtute sancte obediencie, ut divinum officium prout expressum superius extitit studiosius exequatur, nisi festivitas aliqua impediat dies statutos, qui suppleri debent, cum hoc contigerit, aliis diebus subsequentibus, quando magis videbitur oportunum. Prefati tamen agri non sunt  
 5 prius usibus plebani applicandi quam post mortem matrone prefate. Extunc enim primo plebanus ad observacionem divini officii modis quibus premittitur sit astrictus et ad capellam et ipsum plebanum agri cum suis fructibus pertinebunt. Prohibemus nichilominus — Ut hec donacio — Datum Nussin anno domini m° ccc° xxxi°, die dominico in crastino invencionis sancti Stephani prothomartiris, presentibus testibus subnotatis:  
 10 honorabili viro domino Thimone de Grunenrode decano nostro Misnensi, magistro Michaele plebano in Dresden nostro canonico, discretis viris Johanne de Trebezin in Nussin, Johanne in Zymlawicz plebanis, Rulkone nostro notario, Henrico Theleri et aliis pluribus fide dignis. Scriptum per manus Nicolai plebani ad sanctum Gothardum<sup>a</sup>).

## 75.

15 *Aufzeichnung des Raths zu Freiberg über Geldleistungen, welche an Herrn Heinrich Reuß von Plawen und seinen Stellvertreter Johannes de Plebenycz während der vormundschaftlichen Regierung des erstern entrichtet worden sind.* [Um 1331?]

*Hdschr.: Originalaufzeichnung. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden. WA. Oerter. Freiberg Bl. 1.*

20 *Ann.: Heinrich der Jüngere Reuß von Plawen führte seit etwa 1326 die vormundschaftliche Regierung für Markgraf Friedrich den Ernsthaften; vergl. Chron. Sampetr. ed. Stibel 165. Die eigenmächtige Art und Weise, in der er dieß gethan zu haben scheint, gab Anlaß zu Streitigkeiten zwischen ihm und dem Markgrafen, die um 1330 ausbrachen (vergl. das undatirte Verzeichnis von 17 Anklagepunkten des Markgrafen gegen Heinrich, Or. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2569, und Beckler Stemma Ruthen. 286) und schließlich durch einen Schiedspruch des Königs Ludwig von 1331 Aug. 24 beendet wurden (Or. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2557). Das nachstehende Schriftstück so wie ähnliche von den Bürgern zu Oschatz und zu Rochlitz auf Befehl des Markgrafen — wie aus dem zuletzt genannten hervorgeht — eingesandte Aufzeichnungen (Orr. ebendasselbst WA. Oerter. Oschatz Bl. 1, Rochlitz Bl. 1) verlinken vermuthlich ihre Entstehung den Verhandlungen, die dem königlichen Schiede vorangingen.*

Ad memoriam plurimorum dominorum nos cives Fribergenses subsequencia decrevimus pervenire, quod medio tempore domino Rutheno de Plawen suisque substitutis,  
 30 quo domini nostri marchionis magnifici principis tocius districtus regiminis curam suscepit peragendam, pecunie summam inferius explicatam dedimus nostra facultate exigente. Primo videlicet in Gotha presentavimus pretacto domino Rutheno nomine domini nostri XL sexagenas grossorum. Item in Dobelyn XII sexag. gr. pro curru expeditionis ad civitatem Turgow. Item in Lypchz VIII sexag. gr. ad expeditionem, que processum  
 35 non habebat. Item domino de Plawen prefato dedimus X sexag. ob amicitiam ipsius et favorem. Item presentavimus eidem XXX sexag. gr. in civitate Aldynburg. Item quinquaginta sexag. gr. porreximus eidem in civitate jam tacta scilicet Aldynburg. Item in Misena LX sexag. gr., cum rationes volabant de municionis empicione Donyng. Item in

40 74. a) Die villa ad sanctum Gothardum ist Jahna sö. von Oschatz, vergl. Register zu Cod. dipl. Sax. reg. II, 3 s. v. Jahna; her Niclas pharrer zu Gana erscheint als Schreiber des Bischofs Wüthego z. B. auch Cod. dipl. Sax. reg. II, 5, 344.